



Grabado por Juan Ant<sup>o</sup> Salvador Carmona, en Madrid.

Ayuntamiento de Madrid

ómnia quæ dedísti mihi abs te sunt : quia verba , quæ dedísti mihi , dedi eis : & ipsi acciperent , & cognovérunt verè quia tu exi- vi , & credidérunt quia tu me misisti . Ego pro eis rogo : non pro mundo rogo , sed pro his , quos didísti mihi , quia tui sunt: & mea ómnia , tua sunt; & tua , mea sunt: & clarificátus sum in eis . Et jam non sum in mundo ; & hi in mun- do sunt , & ego ad te vénio .

Psal.

6.

**Offertórium.** Benedícite Gentes Dóminum Deum nostrum , & ob- audíte vocem laudis ejus : qui pósuit ánimam meam ad vitam ; & non dedit commovéri pedes meos: benedictus Dóminus , qui non amòvit deprecationem meam , & mi- sericórdiam suam à me , allelúia .

**Secréta.**

**S**uscipe , Dómine , fidélium pre- ces cum oblationibus hostiârum : ut per hæc piæ devotionis

officia , ad cœlestem glóriam trans- eâmus . Per Dóminum .

**Secúnda Secréta de Rogatióni- bus.** Hæc múnera . 319. tértia de B. Marìa . Tua Dómine . 312.

**Vel secúnda de B. Marìa , té- rtia.** Prótege nos , vel Oblátis . 312.

**Commúnio.** Cantáte Dómino , allelúia : cantáte Dómino , & be- nedícite nomen ejus : benè nun- tiáte de die in diem salutare ejus , allelúia , allelúia .

Psal.  
55.

**Postcommúnio.**

**T**RÍBUE nobis , Dómine , cœlé- stis mensæ virtute satiatis , & desiderare quæ recta sunt , & desi- derata percípere . Per Dóminum .

**Secúnda Postcommúnio de Ro- gatiónibus.** Vota nostra . 319. tértia de B. Marìa . Sumptis Dó- mine . 312.

**Vel secúnda de B. Marìa , té- rtia.** Quæsumus Dómine , vel Hæc nos quæsumus . 313.



Museo Municipal

Inv. nº: 2737

Museo Municipal  
de Madrid

n.º 6562

Ayuntamiento de Madrid

TD